Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31491
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



Lucas

purgabit aream suam et congregabit triticum in horreum suum paleas autem comburet igni inextinguibili

Corripuit Johannes Herodes et baptisatus est eum. Factum est et vox patris audita est.

Capitl. iiij

Ipse plenus spiritu sancto in spiritu
a iordane remeabat et diebus quadraginta tentatus a
diabolo. Et nihil manducavit in illis diebus. Et cum
consumpsisset eis esuriit. Et ait illi diabolus si filius
dei es dic lapidi huic ut panis fiat. Et respondit
illi iesus dicens scriptum est quia non in solo pane
vivit homo sed in omni verbo dei. Et cum duxisset
illum in montem ostendit illi omnia regna
terrae in momento temporis. Et ait illi diabolus
tibi dabo potestatem hanc universam et gloriam
illorum quia mihi tradita sunt et cui volo
dabo. Tu ergo si adoraveris coram me erit
tua omnis. Et respondens iesus dixit ei
scriptum est dominum deum tuum adorabis
et illi soli servies. Et adduxit eum in
hierusalem et statuit eum super pinnaculum
templi et ait illi si filius dei es mitte
te deorsum. Scriptum enim est quia angelis
suis mandavit de te ut custodiant te
et quia in manibus tollent te ne
forte offendas ad lapidem pedem tuum.
Et respondens iesus ait illi dictum est
non tentabis dominum deum tuum.
Et consumpta omni tentatione diabolus
recessit a illo usque ad tempus.

Capitl. v

Factum est cum turbae irruerent in
eum ut audirent verbum dei et ipse erat stans
secus stagnum genesareth. Et vidit duas
naves stantes prope stagnum. Et ascendens
in unam navem quae erat simonis rogavit
eum ut duceret modicum a terra. Et
sedens docebat de navicula turbas. Et
cum cessasset loquens dixit ad simonem
duc in altum et laxate retia vestra
in capturam. Et ait illi simon
praeceptor per totam noctem laborantes
nihil cepimus in verbo autem tuo
laxabo rete. Et cum hoc fecisset
concluserunt piscium multitudinem
copiosam. Et rupebatur rete eorum.
Et nutaverunt socis qui erant in
altera navi ut venirent et adiuvarent
eos. Et venerunt et impleverunt
ambas naves ita ut pene mergerentur
navigia. Et cum vidisset simon
petrus genuit ad iesu dicens
exi a me quia homo peccator sum
domine. Et stupor circumdederat
eum et omnes qui cum illo erant
in capturam piscium quam
ceperant. Similiter autem iacobum
et iohannem filios zebedaei qui
erant socii simonis. Et ait ad
simonem iesus noli timere ex hoc
iam homines eris capiens. Et
subducentes naves super terram
relictis omnibus secuti sunt eum.

Capitl. vj

Et factum est in sabbato secundo